

ab 800 zu +  
Körper a 40  
ad. sec. lig. ? yale  
**Ma. 13**

Abb. genit. f. IV. 71  
~~29. 72.~~

*e*  
**M. Tullij Ciceronis oratio pro Cn. Pompeio**

Magno in duobus cause generibus constituta deliberatio scilicet et demonstratio: omnibusq; partibus orationis Rhetorice constans. In qua duo persuadere nititur. P. R. seu Quiritibus. Primum ut suscipiat bellum contra Mithridatem et Tigranem reges. Secundum ut Cn. Pompeius illi bello cū summo impio p̄ficiat cōtra sententiā. Q. Latili et. Q. Hortelij.

**M. Andreas Epistates Delitschensis  
Ad Lectorem.**

Pompeij laudes hic clausit Tullius acer  
Gloria romulidum bella gerenda iubet  
Hic oculis subiectantur que gutture dulci  
Martigenis primum suaserat arte potens  
Nec ducis armigeri cetus hic munera desunt  
Pompeij floret candida fama quibus.

## Argumentum orationis Pompeiane.

Icero creatus pretor Romanus duo persuadere ntitur populo Ro-  
mano seu Quiritibus apud quos nunc primū videt orandi locum  
atq; aditū habuisse : vt ipse testatur : cum reliquum anteactū tps  
vite consumperit in priuatis causis et amicis defendendis. Sed  
modo in hac populi et totius reipublice causa intendit duo. Primū  
vt suscipiat bellum contra Mithridatem et Tigranem reges. Cum Mithridates  
hostis p. R. legatū Romanū excruciatū interfecerit et per totam Asiam merca-  
tores et ciues Romanos interfici iussit : qui Mithridates cum fuerit a. L. Lu-  
cullo impatoie Romano pulsus e regno sese contulit ad Tigranem regē et ipsius  
fauoribus nationumq; aliarū recuperavit regnū et exercitū L. Luculli ad ultimū  
trucidavit. Et exinde videant hq; reges totam Asiam velle p. R. prouincia occu-  
pare expulso iam Ario barzane rege socio et amico p. R. sic summū afferūt reip.  
detrimentū. Suadet egregie Cicero vt regibus illis bellum accuratissime inferat.  
Scdm qd ntit persuadere est vt scz Cn. Pompeius illi bello cum summo imperio  
preficiat cōtra sententiā Q. Catuli. et Q. Hortensiū qui negabant dari debere le-  
gatum L. Gabiniū Pompeio ipsum sp̄cialiter postulanti. Qui Gabinius in-  
victis Catulo et Hortensio legem ante Gabiniā pmulgarat : qua lege Pompeius  
prefectus fuerat bello piratico vnde famosam illam victoriā reportaret. Contra  
horum sententias Cicero mirabiliter perorat magnū Pompeiū nō humanis sed  
divinis laudibus extollendo t nomen suum a rebus quattuor: Imperiori necessa-  
rijs cōmendando. Scientia videlicet rei militaris : virtute : autoritate : felici-  
tate quas res summas esse in Pompeio demonstrat et arguit etiam p Gabinio  
vt detur Legat⁹ Pompeio et exquisitis rationib⁹ diuina pene ac celesti eloquentia  
contraria argumenta confutat.

M. Tullij Ciceronis pro lege Manilia sive  
de laudib<sup>9</sup> Ln. Pompeij sive de Impatore deligēdo Oratio

Bancq̄ mihi semper frequens con-

spectus vester multo iocundissimus : hic autem locus ad  
agendū amplissimus ad dicendū ornatissimus est visus  
Quirites : tamē hoc aditu laudis (qui semp optimo cuiq;  
maxime patuit ) non mea me voluntas sed vite mee rationes ab inuenie etate  
suscepte phibuerūt. Nam cum antea per etatem nondū huius autoritatē loci  
contingere auderē : statuerēq; nihil huc nisi pfectum ingenio : elaboratū industria  
afferri oportere. Omne meū tempus amicorū tib<sup>9</sup> transmittendū putavi. Ita  
neq; hic locus vacuus vnq; ab ijs qui vestrā causam defenderēt : et meus labor  
in priuatorū piculis caste integreq; versatus ex vestro iudicio fructū amplissimū  
est cōsecutus. Nam cū ppter dilationē comiciorū ter ptor prim<sup>9</sup> centurijs cūctis  
renūciatus sum : facile intellexi Quirites : et quid de me iudicaretis : et quid alij  
prescriberetis. Nunc cum t authoritatis in me tantū sit : quantū vos honoribus  
mandandū esse voluistis : et ad agendū facultatis tantū : quantū homini vigi-  
lanti ex forensi vsu prope dicēdi quotidiana exercitatio potuit afferre : certe et si  
quid etiam dicendo cōsequi possum : ijs ostendā potissimū : qui ei quoq; rei su-  
cum suo iudicio tribuendū esse censuerūt. Atq; illud in p:rimis mihi letandū iure  
esse video : q; in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi causa talis oblata  
est : in qua oratio nemini deesse potest. Dicendū est em de Cn. Pompeij singulari  
eximiaq; virtute. Huius aut orationis difficilius est exitū : q; p:incipiū inuenire.  
Itaq; mihi non tam copia : q; modus in dicendo querendus est. Atq; vt inde  
oratio mea p:ficiscat : vnde hec omnis causa ducit : bellum grave t pericolosum  
vestris vectigalib<sup>9</sup> atq; socijs a duobus potentissimis regib<sup>9</sup> inferit. Mith:idae:  
et Tigrane : quo:ū alter relictus : alter lacesitus occasione sibi ad occupandam  
Asiam oblatā esse arbitrat. Equitibus Romanis honestissimis viris afferunt  
A ij



ex Asia quotidie littere: quorum magne res aguntur in vestris vectigalib⁹ exer-  
cendis occupate: qui ad me p necessitudine que mihi est cum illo ordine casum  
R.p.piculaqz rerū suarū detulerūt Bythinie que nūc vestra pruincia est: vicos  
exustos esse complures: regnū Ariobarzanis: quod finitū est vestris vectiga-  
libus totū esse in hostiū potestate. Lucullū magnis rebus gestis ab eo bello dīscer-  
dere. huic qui succurrerit: non satis esse paratū ad tantū bellum administrandū  
Vnū ab omnibus socijs et ciuib⁹ ad id bellum impatorem depositi atqz expeti:  
eundem hunc vnū ab hostiib⁹ metui p̄terea neminē Causa que sit videtis: nūc  
quid agendū sit considerate. Pumū mihi videtur de genere belli: deinde: de ma-  
gitudine: tum de impatore diligendo esse dicendū. Genus est em̄ huiusmodi qđ  
maxime vestros animos excitare atqz inflāmare debet. Tradita est et agit salus  
sociorum atqz amicorum pro qua multa maiores nostri magna et grauia bella  
gesserunt. Aguntur certissima. p. R. vectigalia et marima quib⁹ amissis et pacis  
ornamenta: et subsidia belli requiretis. Aguntur bona multorum ciuium: quib⁹  
est a vobis et ab impatoribus Reip. consulendum et qm̄ semp appetentes glorie  
pter ceteras gentes atqz audi laudis fuisse: delenda est vobis illa macula Mi-  
thridatico bello superiore suscepta que penitus iam insedit: atqz inneterauit in  
p. R. nomine. q̄ is qui una die tota Asia tot in ciuitatibus uno nuncio atqz una  
significatione litterarū ciues Ro. necandos trucidandosqz denotauit: nō modo  
adhuc penam ullam suo dignam scelere suscepit: sed ab ullo tempore tertiu iam  
annū et vicesimū regnat et ita regnat: vt se non ponto neqz cappadocie latebris  
occultare velit: sed emergere e patrio regno atqz in nostris vectigalibus: hoc est  
in Asie luce versari. Et em̄ adhuc ita nostri cum illo rege cōtenderunt impatores:  
vt ab illo insignia victorie non victoriā reportarent. Triumphauit. L. Sylla.  
Triumphauit Lucius Murena de Mithridate duo fortissimi viri et summi im-  
peratores: sed ita triumpharunt: vt ille pulsus superatusqz regnaret. Verum-  
tamen illis imperatoribus laus est tribuenda quod egerunt: Venia danda qđ  
reliquerunt: ppter ea q̄ ab eo bello Syllam in Italiam Resp. Murenam Sylla



renocavit. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad oblinionē veteris  
belli sed ad cōparationē noui cōculit: qui postq; maximas edificasset ornassetq;  
clastes: exercitusq; permagnos quibuscūq; ex gentibus potuisset comparasset:  
Bosphoranis finitimiis suis bellum inferre simulasset usq; ad Hispaniā lega-  
tos Electanis misit ad eos duces quibus cum tum bellum gerebamus: ut cum  
duobus in locis disjunctissimis maximeq; diversis uno consilio ab vni hostiū  
copijs bellum terra mariq; gereretur. Vos ancipiti contentione distracti de im-  
perio dimicaretis: sed tum alterius partis piculum sertoriane atq; Hispaniēsis  
que multo plus firmamenti ac roboris habebat. Cn. Pom. diuino cōsilio ac sin-  
gulari virtute depulsum est: In altera parte ita res a. L. Lucullo summo viro  
est administrata ut initia illa gestarum rerum magna atq; preclara nō felicitati  
eius: sed virtuti. Hec autem extrema que nuper acciderūt: non culpe sed fortune  
tribuēda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco: t ita dicam Quirites:  
ut neq; vera laus ei detracta oratione nostra neq; falsa neq; ficta esse videatur.  
Sed p:o vestri imperij dignitate atq; gloria: quoniam is est exsus orationis  
mee: videte quem vobis animū suscipiendū putetis. Maiores nostri sepe merca-  
toribus ac nauticulatoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt. Vos tot ciuium  
Ro. milibus uno nuncio atq; uno tempore necatis quo tandem animo esse de-  
betis: legati q; erant appellati superbius Corinthum patres vestri totius grecie  
lumen extinctum esse voluerunt. Vos eum regem inultum esse: patiemini qui le-  
gatum po. Ro. consularē vinculis ac verberibus atq; omni supplicio excruciatū  
necauit: illi libertatem ciuium Romanorū immunitā non tulerunt. vos vitam  
reptam negligetis: Ius legationis verbo violatum illi persecuti sunt. Vos le-  
gatum omni supplicio interfectum relinquatis: Videte ne vt illis pulcherrimū  
fuit tantā vobis imperij gloriam relinquere: sic vobis turpissimū sit illud quod  
accepistis tueret cōseruare non posse. Quid q; salus socio:um summū in peri-  
culum ac discrimen vocatur? Regno expulsus est Ariobarzanes rex socius po.  
Ro. atq; amicus. Imminent duo reges toti Asie non solum nobis inimicissimi

A iij



*S. J.*  
sed etiam nostris sociis atq; amicis. Cunctates autem omnes: cuncta Asia: atq;  
Grecia vestrum auxilium expectare propter periculi magnitudinem cogunt: im-  
peratorem a vobis certum deposcere. cum presertim vos alium miseritis neq;  
audient: neq; se id facere summo fine periculo posse arbitrantur. Vident et sens-  
tunt hoc idem quod et vos: unum vitum esse in quo summa sint omnia: et eum  
prope esse: quo etiam carent egrius: cuius aduentu ipso atq; nomine tametsi  
ad Amanum montem venerit tamē impetus hostium repressos intelligunt: atq;  
retardatos. Hi vos eponiam libere loqui non licet ) tacite rogant: ut se quoq;  
sicut ceterarum prouinciarum socios dignos existimetis: quo:um salutem tali  
viro commendetis. Atq; hos etiam magis quam ceteros Eiusmodi in prouincia  
homines cum imperio mittimus: ut etiam si ab hoste defendant: tum ipsorum  
aduentus in vires sociorum non multum ab hostili expugnatione differant.  
Hunc audiebant antea: nunc presentem vident. Tanta temperantia: tanta man-  
suetudine. tanta humanitate: ut hi beatissimi esse videantur: apud quos ille  
diutissime commoratur. Quare si propter socios nulla ipsi iniuria lacepsiti ma-  
iores nostri cum Antiocho: cum philippo: cum Etolis: cum penis bella gesse-  
runt: quanto vos studio conuenit iniurijs provocatos socio:um salutem una  
cum imperij vestri dignitate defendere: presertim cum de vestris maxime vecti-  
galibus agatur. Nam ceterarum prouinciarum vectigalia Quirites tanta sunt:  
ut his ad ipsas provincias tutandas vir contenti esse possumus. Asia vero  
tam opima est et fertilis. ut et hubertate agro:um et varietate fructuum et ma-  
gnitudine passionis multitudine earum rerum: que exportantur facile omnibus  
terriss antecellat. Itaq; hec vobis prouincia Quirites: si et belli utilitatem et pa-  
cis dignitatem sustinere velitis: non modo a calamitate: sed etiam a metu ca-  
lamitatis est defendenda. Nam in ceteris rebus cum venit calamitas: tum de-  
trimentum accipitur at in vectigalibus non solum aduentus mali: sed etiam  
metus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium copie non longe absint etiam  
si irruptio nulla facta sit: tamen pecora relinquuntur: Agricultura deseritur

mercatorum navigatio conquiescit. Iea neq; ex portu neq; ex decimis neq; ex  
scriptura vectigal cōseruari potest. Quare sepe totius anni fructus vno rumore  
periculi atq; vno terrore belli amittitur. Quo tandem animo esse existimatis?  
aut eos qui vectigalia vobis pensant: aut eos qui exercent atq; exigunt: cum  
duo reges cum maximis copijs prope adsint: cum vna excursio equitatus per-  
briui tēpore toti⁹ anni vectigal auferre possit cū publicani familias quas in sa-  
linis habent quas in agris quas in portibus: atq; custodij magno periculo  
se habere arbitrentur. Putatisne vos illis rebus frui posse; nisi eos qui vobis  
fructuosi sunt conseruaueritis non solum ut antea diri calamitate: Sed etiam  
calamitatis formidine liberatos? Ac ne illud quidem vobis negligendum est  
q; mihi ego extremum proposueram: cum essem de genere belli dicturus quod  
ad multorum bona ciuium Romanorum pertinet quorum vobis pro vestra sa-  
pientia Quirites habenda est ratiocnigenter. Nam et publicani homines et ho-  
nestissimi et ornatissimi suas rationes et copias in illam prouinciam contule= A 117  
runt quorum ipsorum per se res et fortune cure vobis esse debent. Etenim si ves-  
ctigalia nervos Reip. esse semper duximus: cum certe ordinem qui exercet illa  
firmamentum ceterorum ordinum recte esse dicemus. Deinde ceteris ex ordini-  
bus homines gnaci et industri partim in Asia negociantur: quibus absenti-  
bus vos consulere debetis: partim eoru in ea prouincia pecunias magnas col-  
locatas habent. Erit ergo humanitatis vestre magnum eorum cium nume-  
rum calamitatem prohibere sapientie videre multorum ciuium calamitatem a  
Rep. sciunctam esse non posse. Etenim illud p̄imum parui refert vos publica-  
nis amissis vectigalia postea victoria recuperare neq; h̄sdem redimendis fa-  
cultās erit propter calamitatem: neq; alq; voluntas propter timorem. Deinde  
q; nos eadem Asia atq; idem iste Mith:dates initio belli Asiatici docuit id  
qd certe calamitate docti memoria retinere debemus. Nam tum cum in Asia  
res magnas permulti amiserunt: scimus Rome solutione impedita fidem con-  
cidisse. Non enim possunt vna in civitate multi rem atq; fortunas amit-

merci:  
ogni: im-  
seritis neg-  
dene et sens-  
nia: et cum  
ne tamet si-  
gunt: atq;  
t se quoq;  
utem tali  
provinciā  
ipsorum  
fferant.  
nta man  
quos ille  
ffiti ma-  
ella gesse-  
utem vna  
ime vecti-  
nta sunt:  
Asia vero  
rum et ma-  
le omnibus  
itatem i pa-  
n a metu ca-  
itas: tum de-  
ali: sed etiam  
je absint etians  
ultura deseritut

cere: ut non plures secum in eadem trahant calamitatem: a periculo prohibere  
Kempu. Et mihi credite ib quod ipi videtis. Hec fides atq; hec ratio pecuniariū  
que Rome que in foro versatur implicita est cum illis pecunijs Asiaticis & co-  
heret. Ruere illa nō possunt: vt hec non eodē labefactata metu cōcidant. Quare  
videte num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere: in quo  
gloria nominis vestri: salus sociorum: vectigalia maxima fortune plurimorum  
ciuium cum R.p. defenduntur. Quoniam de genere belli dixi: nunc de magnitu-  
dine belli pauca dicam. Potest enim hoc dici belli genus ita esse necessariū vt sit  
gerendum: non esse ita magnum vt sit pertimescendum. In quo maxime labo-  
randum est: ne forte a vobis que diligentissime puidenda sunt cōtemnenda esse  
videantur. Atq; vt omnes intelligent me. L. Lucullo tantum imparire laudis:  
quantū forti viro et sapientissimo homini et magno imperatori debeat. Dico  
eius in aduentu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atq; in-  
structas: v:bemq; Asie clarissimam nobisq; amicissimam Cyzicenoruū obfessam  
esse ab ipso rege maxima multitudine: oppugnata vehementissime. quam. L.  
Lucullus virtute: assiduitate: consilio summis obsidionis periculis liberavit.  
Ab eodem imperatore classem magnam et ornatā: que ducibus sertorianis: ad  
Italiam studio inflammato raperetur superatam esse: atq; depressam: ma-  
gnas hostium preterea copias multis prelijs esse deletas: patefactūq;. Vestris  
legionibus esse pontum: qui ante Po. R. ex omni aditu clausus esset. Sinopem  
atq; amissum quibus in oppidis erant domicilia regis omnibus rebus ornata  
atq; referta: ceterasq; vibes Ponti et Cappadocie per multas uno audito ad-  
ventu esse clausas. Regem spoliatum regno patrio atq; aucto ad alios se reges  
atq; ad alias gentes supplicem contulisse. atq; hec omnia saluis popu. Ro.  
socijs atq; integris vectigalibus esse gesta. Satis opinor hoc esse laudis atq;  
ita reputo. vt hoc vos intelligatis & nullo istorum qui huic obtrectant legi atq;  
cause. L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum. Requiritur fortasse  
nunc quemadmodum cum hec ita sint reliquum possit esse magnum bellum:



cognoscite Quirites non enim sine causa queri videtur. Primum ex suo regno sic Mithridates profugit: ut ex eodem ponto illa Medea quondam profugisse dicitur. quā predicant in fuga fratris sui membra in his locis: qua se parens persequeretur dissipatisse: ut eorum collectio dispersa: merorq; patrius celeritatē psequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens maximam vim auri atq; argenti pulcherrimāq; rerū omnīs quas et maiorib; acceperat: ipso bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congeßerat. In ponto omnē reliquit. Hec dum nostri colligunt omnia diligentius rex ipse e manibus effugit. Ita illum in persequendi studio meror: hos leticia retardauit. hunc in illo timore et fuga Tigranes rex Armenias excepit: dissidentemq; rebus suis confirmauit: et afflictū erexit: perditumq; recreauit: cuius in regnum postea qz. L. Lucullus cum exercitu venit: plures etiam gentes cōtra imperatorem nostrū concitate sunt. Erat enim metus injectus ijs nationibus: quas nunq;. p. R. neq; lacerandas bello neq; tentandas putauit. Erat etiam alia grauis atq; vehemens opinio: que per animos gentium barbararum peruaserat. Phani locupletissimi et religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrum exercitū esse adductū. Ita nationes multe atq; magne nouo quodam terrore ac metu concitabant. Noster autem exercitus et si urbem ex Tigranis regno ceperat: et prius usus erat secundis: tamē nimis longinquitate locorum ac desiderio suorum cōmouebat. Hic iam plura nō dicā. Sicut enim illud extremū: ut ex his locis a militibus nostris redditus magis maturus: qz processio longior queret. Mithridates autē t suā manū iam cōfirmarat: et eorum qui se ex eius regno collegerant: et magnis aduenticijs multorum regū et nationū copijs innabat. hoc iam vere sic fieri solere accepimus ut regnū afflicte fortune facile multorum opes allicit ad miscēdiam: maximeq; eorū: q; aut reges sunt: aut viuit in regno: aut regale ijs nomē magnū et sanctū esse videat. Itaq; tantum victus efficere potuit quantū incolmis nunq; est ausus optare. Nam cum se in regnum suum recepisset: non fuit eo contentus: quod ei preter spem acciderat: ut illam postea qua pulsus erat terram vñq; attingeret: sed in



exercitū vestrū clarum atq; victorem impetū fecit. Sinite hoc loco Quirites sicut  
poete solent: qui res Romanas scribunt p̄terire me vestrā calamitatē que tanta  
fuit ut eam ad aures. L. Luculli nō ex p̄lio nūcīus sed ex sermone rumor afferret  
Hic in illo ipso malo grauissimāq; belli offensione. L. Lucullus qui tum aliqua  
ex parte h̄s incōmodis mederi fortasse potuisset vestro iussū coactus q̄ imperij  
diuturnitati modum statuendū veteri exemplo putauissis: partē militū qui iam  
stipendijs confecti erant dimisit: partem Glabriōni tradidit. Multa pretero  
cōsulto: sed ea vōcōiectura p̄spicitis quantū illud bellū factū putetis: q̄ con-  
iungant reges potētissimi: renouent agitate nationes suscipiant integre gentes:  
nouus impator vester accipiat vetere expulso exercitu. Satis mihi multa verba  
fecisse video quare hoc bellum esset genere ipso necessariū: magnitudine pericu-  
losum. Restat ut de impatore ad id bellum deligēdo: ac tantis rebus p̄ficiendo  
dicendū esse videat. Utinā Quirites viorum fortū atq; innocentū copiā tantā  
haberetis: ut hec vobis deliberatio difficultis esset quē nam potissimum tātis reb⁹  
et tanto bello p̄ficiendū putaretis. Nunc vero cum sit vñus Cn. Pompeius: qui  
non modo eorū hominū qui nūc sunt gloriam: sed etiam antiquitatis memo:ia  
virtute superauit: que res: est: que cuiusq; animū in hac causa dubium facere

*Quattuor mī Tropae  
tors optio requiū  
da ſuit*  
possit: Ego eīn sic existimo in summo impatore quattuor has res inesse ope-  
tere: scientiā rei militaris: virtutē: autoritatē: felicitatē. Quis igit̄ hoc homiē  
scientior vñq; aut fuit: aut esse debuit: qui e ludo atq; disciplina pueritie bello  
maximo atq; acerrimis hostibus ad patris exercitū atq; in militie disciplinam  
pfectus est. qui extrema pueritia miles fuit impatoris summi. Ineunte adolescē-  
tia maximi ipse exercitus impator: qui sepius cum hoste conflixit: q̄s quisq;  
cum inimico cōcertauit. Plura bella gessit q̄s ceteri legerūt: plures pruincias con-  
fecit q̄s alij cōcupiuerunt: cuius adolescentia ad scientiā rei militaris nō alienis  
preceptis: sed suis imperijs: non offensionibus belli: sed victorijs: non stipen-  
dijs: sed triumphis est tradita. Quod deniq; genus belli esse potest in quo illū  
non exercuerit fortuna Reip. Civile. Africānū. Transalpinū. Hispaniense. mītū

*Laudes Quii Paupri Magri dōratae*

co Quirites sicut  
nitate que tanta  
rumor afferte  
qui tum aliqua  
ctus q̄ imperij  
militū qui iam  
Julia p̄tereo  
utetis: q̄ con-  
ntegregentes:  
multa verba  
dine pericu-  
s p̄ficiendo  
copia tantā  
tatis reb⁹  
peius: qui  
is memo: iā  
ium facere  
esse opor-  
hoc homie  
ueritie bello  
disciplinam  
nte adolesce-  
it: q̄s quisq;⁹  
puincias con-  
ris nō alienis  
s: non stipen-  
est in quo illū  
aniense. mīptū

ex cūlīatib⁹ atq; ex bellicosissimis nationib⁹ seruile: et nauale bellum: varia  
et diuersa genera et bellorum et hostium non solum gesta ab hoc vno: sed etiam  
cōfecta nullam rem esse declarant in v̄su militari positam: que huins v̄tri scien-  
tiam fugere possit iam vero virtuti. Cn. Pom. que potest oratio par inueniri?  
Quid est q̄ quisq;⁹ aut dignum illo aut vobis nouum: aut cuiq;⁹ inanditum  
possit asserre? Necq; enim ille sunt sole virtutes imperatorie: que vulgo existi-  
mantur. Labor in negotijs: fortitudo in periculis: industria in agēdo: celeritas  
in conficiendo: consiliū in p̄uidendo: que tanta sunt in hoc vno: quanta in om-  
nibus reliquis imperatoribus: quos aut vidimus: aut audimimus nō fuerunt.  
Testis est Italia: quam ipse idem victor. L. Sylla huins virtute et subsidio cō-  
fessus est liberatam. Testis est Sicilia: quam multis vndiq;⁹ cinctam periculis:  
non terrore belli: sed celeritate consili⁹ explicavit. Testis est Africa: que magnis  
oppressa hostium copijs eorum ipsorum sanguine redundauit. Testis est Gallia  
per quam legionibus nostris in Hispaniam inter Gallorum interemptione pa-  
refactū est. Testis est Hispania: que sepissime plures hostes ab hoc superatos  
prostratosq;⁹ consperit. Testis est iterum et sepius Italia: que cum seruili bello  
tetro periculosog;⁹ premere ab hoc auxiliū absenti expertinuit: qđ bellum expecta-  
tione Pompei attenuatum atq;⁹ imminutum est: aduentu sublatum ac sepultū.  
Testes vero iam omnes ore atq;⁹ omnes extere ḡtes atq;⁹ nationes: deniq;⁹ maria  
omnia: tum vniuersa: tum in singulis oris oīnes sinus atq;⁹ portus. quis enim  
toto mari locus per hos annos aut tam firmū habuit presidūm vt tutus esset  
aut fuerit tam additus vt lateret? quis navigauit: qui non se aut mortis aut  
seruitutis piculo cōmitteret? Cum aut hyeme aut referto predonū marinaviga-  
retur. hoc tm bellum: tam turpe: tam vetus: tam late diuisum atq;⁹ dispersum  
quis vnq;⁹ arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus vno anno. aut omnib⁹  
annis ab uno imperatore Ro. confici posse? qui prouinciā tenuistis a p̄donib⁹  
liberam per hosce annos? quod vectigal vobis tutum fuit: quem sociū defen-  
distis. Cui presidio classibus vestris fuistis: q;⁹ multas existimatis insulas esse

derat



desertas: q̄; multas aut metu relictas: Aut a predonibus captas vibes esse so-  
cioum. Sed quid ego longinqua cōmemoro: fuit hoc quondam fuit proprium  
po. Ro. longe a domo bellare et pugnaculis imperij sociorū fortunas non sua  
recta defendere. Socis vestris ego mare clausum per hosce annos dicam fuisse  
cum exercitus nostri a Brundusio nunq; nisi summa hyeme transmiserūt. quid  
ad nos cum ab exteris nationibus venirent captos querar: cum legati. P. R. re-  
dempti sint: mercatorib⁹ tutū mare non fuisse dicam: cum duodecim secures in  
predonū potestate puerint: quid aut colophonē aut samū nobilissimas vibes  
innumerabilesq; alias captas esse cōmemorem: cum vestros portus atq; eos  
portus: quibus vitam: et spiritū ducitis in predonū fuisse potestate sciatis Am  
vero ignoratis portū Caiete celeberrimū atq; plenissimū nauū inspectante pre-  
cole a predonibus esse direptū. Ex Miseno aut eius ipsius liberos qui cum pre-  
donibus antea ibi bellum gesserant a predonibus esse sublatos. Nam quid ego  
hostiense incomodum atq; illam labem atq; ignominiam reipublice querar: cū  
ppe inspectantibus vobis classis ea cui consul. P. R. prepositus esset a pdomib⁹  
capta atq; oppressa est. proh dī immortales tanta ne vni⁹ hominis incredibilis  
ac divina virtus tam brevi tpe lucem afferre reipublice potuit: vt vos qui modo  
ante hostiū tyberinum classem hostiū timebatis: his nunc nullam intra Oceanū  
hostium predonū nauem esse audiatis. Atq; hec qua celeritate gesta sunt quāq;  
videtis. tamen a me ī dicendo preterenda nō sunt. quis em⁹ vñq; aut obeundi  
negotij: aut consequēdi questus studio tam brevi tempore tot loca adire tantos  
cursus confidere potuit q̄; celeriter. Cn. Pom. duce belli impetus nauigauit: qui  
Siciliam adiit: Africam explorauit: inde Sardiniam cum classe venit: nondū  
tempestino ad nauigandum mari. Atq; hec tria frumentaria subsidia reipublice  
firmissimis p̄sidij classibus muniverit. Inde secū in Italiam receperissent duabus  
Hispanij. et Gallia Cisalpina presidijs ac nauib⁹ confirmata: missis in oram  
illyrici maris: et in Achaiam. omnēq; gretiā nauib⁹ Italie duo maria maximis  
classibus firmissimisq; presidijs adornauit. Ipse autē ut a Brundusio pfectus



est. Unde quinquagesimo die totam ad imperium populi Ro. Ciliciam adiunxit  
omnes qui vbiq; predones fuerūt partim capti interficiq; sunt : partim in hys  
imperio ac potestate se dediderunt. Idem Cretensibus cū ad eum vsg; in Pam-  
philiam legatos deprecatoresq; misissent : spem deditiois nō ademit obsideq;  
imperavit : ita tantū bellum : tam diuturnum tam longe lateq; dispersum quo  
bello omnes gentes ac nationes premebant. Cn. Pom. extrema hyeme apparuit  
Invente vere suscepit : media estate cōfecit. Est hec dīvina atq; incredibilis virt<sup>9</sup>  
imperatoris. quid cetere quas pauloante cōmemorare ceperam quāta atq; qz  
multe sunt ? Non em bellandi virtus solum in summo pfectone impatore que-  
renda est : Sed multe sunt artes eximie huius administrē comitesq; virtutis. Ac  
p:imū quāta innocētia debent esse impatores ? quāta deinde omnibus in rebus  
temperantia : quāta fide : quāta facilitate : quāta ingenio : quāta humanitate:  
que breuiter quāta sint in Cn. Pom. consideremus Summa enim omnia sunt  
Quirites : sed ea magis ex aliorū cōtentione qz ipsa per se cognosci atq; intel-  
ligi possunt. Quem em possumus impatorē aliquo in numero putare cuius in  
erectu veneant centuriat<sup>9</sup> atq; venierint ? quis hūc hominē magnū aut amplū  
de repu. cogitare : qui pecuniā ex erario depromptam ad bellum administrandū  
aut propter cupiditatem pūncie magistratibus diviserit aut ppter avaritiam  
Rome in questu reliquerit. Vestra admurmuratio facit Quirites : vt agnoscere  
videamini: qui hec fecerūt. Ego autem nemine norino : quāre irasci mīhi nemo  
poterit : nisi qui ante de se voluerit confiteri. Itaq; propter hanc avaritiam im-  
peratorum quātas calamitates : quocūq; ventū sit vestri exercitus ferant : quis  
ignorat ? Itinera que per hosce annos in Italia per agros : atq; oppida ciuitū  
Romanorū nostri impatores fecerūt recordamini : tum facilius statuetis . quid  
apud exteris nationes fieri existimetis. Vtrū plures arbitramini p hosce annos  
militum vestroruū armis hostium vibes : an hibernis sociorum civitates esse de-  
latas ? Necq; enim potest exercitum ihs continere impator : qui seipsum non cō-  
tinet : neq; severus esse in iudicando : qui alios in se severos esse iudices nō vult.

B 1



Hic miramur hunc hominem tantum excellere ceteris eis legiones sic in Asiam  
peruenient: ut non modo manus tanti exercitus sed vestigium quidem cuique pa-  
cato noctuisse dicatur. Nam vero quoadmodum milites hibernent quotidie sermo-  
nes ac littere perferunt: non modo ut sumptum faciat in milite: nemini vis affeat:  
sed ne cupienti quidem cuique permittit: hyemis enim non avaricie profugium  
maiores nostri in sociorum atque amicorum tectis esse voluerant. Age vero ceteris  
in rebus qualis sit temperantia considerate unde illam tantam celeritatem et tam  
incredibilem cursus inuenimus putatis: non enim illum eximia vis remigum: aut  
ars inaudita quedam gubernandi aut venti aliqui nouit tam celeriter in ultimas  
terras perulerint. sed haec res que ceteros remorari solent non retardarunt. non au-  
aricia ab instituto cursu ad piedem aliquam devocauit. non libido ad voluptatem:  
non amenitas ad delectationem. non nobilitas vibis ad cognitionem. non denique labor  
ipse ad quietem: postremo signa et tabulas ceteraque ornamenta grecorum op-  
erorum. que ceteri tollenda esse arbitrant ea sibi ille ne visenda quide existimauit.  
Itaque omnes quidem nunc in his locis. Cn. Pom. sicut aliquem non ex hac viba  
missum: sed de celo lapsum intuent. nunc denique incipiunt credere suisse homines  
Roma. hac quondam abstinentia: quod iam nationibus exteris incredibile ac falso  
memorie proditum videbatur. Nunc imperij nostri splendor illis gentibus lucet.  
Nunc intelligunt non sine causa maiores suos cum hac temperantia ma-  
gistratus habebamus: servire po. Ro. quae imperare alijs maluisse iam vero ita  
faciles aditus ad eum privatorum: ita libere querimonie de aliorum iniurijs esse  
dicunt: ut quis qui dignitate principibus excellit facilitate insimilis par esse videat.  
Iam quantu[m] consilio dicendi gravitate et copia valeat: in quo ipso inest quedam  
dignitas impatoria. Vos Quirites hoc ipso in loco sepe cognostis: fidem vero  
eius inter socios quantu[m] existimari putatis. quae hostes omnium generum sanctissima  
ludicarint. Humanitate autem tanta est ut difficile dictu sit utrum hostes magis  
virtutem: eius pugnates timuerunt: an mansuetudinem victi dilexerunt. Et quisque  
dubitauit quin huic tantum bellum transmittendum sit: qui ad omnia vestre me-

more bella cōsciēndā diuinō quodā cōsilio natus esse videatur? Et qm̄ auctoritas multū in bellis quoq; administrandis atq; imperio militari valet certe ne-  
mini dubiū est qum ea re ille idem ipse impator plurimū possit. Vehemēter autē  
ptinere ad bella administranda quid hostes: quid socij de impatorib; vestris  
exsistunt: quis ignorat? cum sciam⁹ homines in tantis reb⁹ vt aut cōtempnāt.  
aut metuante. aut oderint. aut ament opinione nō minus fame. q; alia certa rōne  
cōmoueri quod igit nomē vnq; in orbe terrarū clari⁹ fuit? Cui⁹ res geste pares?  
de quo homine vos. id qd maxime facit auctoritatē tanta et tam p̄clara iudicia  
fecistis? An vero usq; ullam esse oriam tam desertā putatis. quo nō illius dies  
fama praserit? Cum uniuersis. P. X. referto foro repletisq; omnib; templis ex-  
quib; hic locus cōspici pot vñ sibi ad cōmune omniū gentiū bellum. Cn. Pom.  
imperatore depositit. Itaq; ve plura nō dicam neq; aliorū exemplis confirmem  
quantū huius auctoritas valeat in bello ab eodem. Cn. Pom. oīm rerū egregiarū  
exempla sumant. qui quo die a vobis maritimo bello p̄positus est impator. tāta  
repente vilitas annonē ex summa inopia et caritate rei frumentarie consecuta est  
vnsus spe et nomine. quantā vix ex summa hubertate agrovū diuturna pax effis  
cere potuisset. Jam accepta in pontō calamitate ex eo puelio de quo vos paulo-  
ante invictus admoniti cum socij pertinuissent hostiū opes. animiq; creuissent. et  
cū satis firmū p̄sidū p̄uincia non haberet. amississetis. Asiam Quirites. nisi ad  
ipsum eius t̄pis diuinitus. Cn. Pom. ad eas regiones fortuna. Po. Ro. attulisset.  
huius aduentus et Mithridatē insolita inflatū Victoria cōtinuit. Et Tigranem  
magnis copijs mīnitātē Asie retardauit: et quisq; dubitanit quid virtute p̄o-  
fecturus sit qui tantū auctoritate profecerit? Aut q̄s facile imperio atq; exercitu  
socios et vectigalia cōseruaturus sit qui ipso noīe ac rumore defendetur? Age vo-  
lla res quantam declarat eiusdem hoīis apud hostes. P. X. auctoritatē: q; ex his  
locis tam longinquis tāq; diversis tam brevi tpe oēs una hūsc se dediderunt qd  
Cretensiū legati cū in eorū insula nosfer impator exercitusq; esset ad Cn. Pom. in  
ultimas ppe terras venerūt. eiq; se om̄ies Cretensiū civitates dedere velle dixerūt

B 5



quid idem ipse? Nichil datus? nonne ab eundem Cn. Pom. legatū usq; in Hispaniam misit. eūq; pō. legatū semp iudicauit. In quib⁹ semp erat molestū ad eū potissimū esse missum speculatorēm q̄z legatū iudicari maluerunt. Potestis igit iam constituere Quirites hanc auctoritatē multis postea rebus gestis magnisq; vestris iudicijs amplificatā: quantū apud illos reges: quantū apud exteris nationes valitū esse existimetis. Reliquū est ut de felicitate quā p̄stare de se ipso nemo potest: meminisse et cōmemorare de altero possim⁹ sicut equū est homini de potestate deorum simile et pauca dicamus. Ego enim sic existimo maximo. Marcello Scipioni. Mario et ceteris magnis imperatorib⁹ nō solum ppter virtutem sed etiam ppter fortunā sep̄tis imperio mandata atq; exercitus esse cōmissos. fuit enim pfecto quibusdam summis viris quedā ad amplitudinē et gloriā et res magnas bene gerendas diuinatos adiuncta fortuna. De huīus autem hominis felicitate nunc agim⁹ hac utar moderatione dicēdī: nō ut in illius potestate fortunā positā esse dicam: sed ut p̄terita meminisse reliqua sperare videamur. ne aut inuisa dīs immortalib⁹ oratio nostra aut ingrata esse videat itaq; non sum p̄dicaturus quātas ille res domi militieq; terra mariq; quātaq; felicitate gesserit: ut eius semp voluptatibus nō modo ciues assenserit: soci⁹ obtent perarint: hostes obedierit. s̄ etiā vēti tempestatesq; obsecūdarint hec brevissime dicā: neminē vñq; tam impudentē fuisse: qui a dīs immortaleb⁹ tot et tantas res tacitus audiret optare: quod et quātas dīj immortales ad Cn. Pom. contulerunt. qđ vt illi p̄pū ac ppetū sit. Quirites cum cōmuni salutis atq; imperij tum ipsi⁹ hoīs causa sicuti facitis velle et optare debetis. quare cū et bellū ita sit necessariū. vt negligi nō possit. Ita magnū: vt accuratissime sit administrandū et cū ei impato: ē p̄ficere possitis: in quo sit eximia belli sciētia: singularis virt⁹: clarissima auctoritas egregia fortuna dubitat. Quirites quin hoc tantū boni qđ a dīs immortalib⁹ oblatū et datū est in Remp. cōseruandā atq; amplificandā cōferatis: qđ si Rome Cn. Pom. primatus esset hoc tpe tamen ad tantū bellū is erat deligēdus atq; mittendus. Nūc cū ad summas ceteras vtilitates hec quoq;



oportunitas adiungat: ut in his ipsis locis adsit: ut habeat exercitū ut ab his  
qui habet accipere statim possit: quid expectamus: aut cur nō ducib⁹ dijs im  
mortalib⁹ eidē cui cetera summa cū salute Reip. cōmissa sunt: hoc quoq; bellū  
regiū cōmittamus: At em̄ vir clarissimus Reip. et vestris bñficijs amplissimis  
affectus. Qu. Catu. Itemq; summis ornamētis honoris: fortune: virtutis: in-  
genij: p̄ditus. Qu. Horten. ab hac rōne dissentiunt: quoru⁹ ego auctoritatē: apud  
vos multis locis plurimū valuisse et valere oportere confiteor: sed in hac causa  
tametsi cognoscitis auctoritates: contrarias fortissimorū virorū et clarissimorū  
tamen omīssis auctoritatib⁹ ipsa re: et rōne exquirere possumus veritātē: atq;  
hoc facilius: q; ea omnia que a me adhuc dicta sunt. h̄dem isti vera esse cōcedunt:  
et necessariū bellū esse et magnū et in uno Cn. Pom. summa esse omnia quid igit̄  
ait Horten. si omnia vni tribuēda sunt vnu⁹ dignissimū esse Pom. sed ad vnu⁹ tñ  
omnia deferri non oportere: Abolenit iam ista ratio re multo magis q; verbis  
refutata. Nam tu idem Qu. Horten. multa p̄ tua summa copia ac singulari fa-  
cilitate dicendi. et in senatu cōtra virū fortem Aulam Gabiniū grauiter ornateq;  
dixisti cum is de uno imperatore cōtra predones constituendo legē p̄mulgasset.  
Et ex hoc ipso loco p̄ multa idē cōtra legē verba fecisti. quid tum p̄ deos immor-  
tales: si plus apud Ro. po. auctoritas tua q; ipsius. po. ro. salus et vera causa  
valuerit hodie hanc gloriam atq; hoc orbis terre imperiū tenerem⁹: An tibi tum  
imperiū esse videbat cū po. ro. legati: p̄tores: questoresq; capiebant: cū ex om-  
nibus p̄nīcījs cōmeatu et priuato et publico p̄hibebant: Cū ita clausa erant  
nobis oīa maria: ut neq; priuatā rē maritimā neq; publicā iam obire possem⁹:  
que ciuitas antea vñq; fuit nō dico Atheniēsū: que satis late quondam mare te-  
nuisse dicit: nō Carthaginēsū: que p̄ multū classe maritimisq; reb⁹ valuerūt: nō  
Rhodiorū quoru⁹ vñq; ad nostrā memoriā disciplina naualis et gloria remansit:  
que ciuitas antea vñq; tam tenuis tam parua insula fuit: que nō portus suos et  
agros et reliquā partē regiōis atq; ore maritimē p̄ se ipsam defendere. At hercle  
aliquot annos cōtinuos ante legē Gabiniā ille po. ro. cui⁹ vñq; ad nostrā memo-  
25 iij



riam nomine invictum in navalibus pugnis permanuit: magna ac multo maxima  
parte non modo utilitatis: sed dignitatis atque imperij caruit. nos quoque maiores  
Antiochum regem classe Persemque superarunt: omnibusque navalibus pugnis Car-  
thaginenses homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque vicerunt: his  
nullo in loco iam perdonibus parem esse poteramus. Clos quoque qui antea non modo  
Italiam habebamus tutam: sed oem socios in ultimis ois auctoritate nostri imperij  
saluos prestare poteramus: tum cum in insula Delos tam pericula nobis in Egeo  
mari posita: quo oem undique cum mercibus atque oneribus comeabat: referta diuinitus  
parua sine muro nihil timebat: idem non modo pruincias atque ois Italiae mariti-  
mis ac portibus nostris: sed etiam Appia iam via carebamus. Et his tribus non  
pudebat magistratus pro. ro. in hunc ipsum locum ascendere: cum eum vobis maiores  
nostrorum exuimus nauticis et classium spoliis ornatum reliquissent. Bono te animo tum  
Qu. Hortensi. pro. ro. et ceteros qui erant in eadem sententia dicere existimauit eaque sen-  
tiebat: sed tamen in salute coi idem pro. ro. dolorem suo maluit: quod auctoritate vestre obte-  
perare itaque una lex: unus vir. unus animus non modo vos illa miseria aut turpi-  
tudine liberavit: sed etiam effectit: ut aliquem vere videremur omnibus gentibus ac na-  
tionibus terra marisque imperare: quo mihi etiam indignius videtur obrectatum esse ad  
huc Ga. dicam an ne pom. an utrumque id quod est verum ne legaret Aulus Ga. Cn. po.  
expetisti ac postulanti. Verum ille qui postulat legatum ad tantum bellum quem velit ido-  
neus non est qui impetraret cum ceteris ad expilando socios diripiendisque pruincias  
quos voluerunt legatos eduxerint. an ipse cuius lege salus ac dignitas pro. ro. atque  
omnibus gentibus constituta est expers esse debet glorie eius imperatoris atque ei exerci-  
citus qui consilio ei atque piculo est constitutus: an Cn. Falci. Qu. Metel. Qu. Celsus  
Latiniensis. Cn. Lentulus quos ois honoris causa nomino cum. tr. pl. fuissent anno  
primo legati esse potuerunt. in hoc uno Gabinio sunt tam diligentes qui in hoc  
bello quod lege Gabinia geritur in hoc imperatore atque exercitu quem per se ipse constituit  
et principio irre esse deberet de quo legato consules spero ad senatum relatuos qui si  
dubitabunt: aut gravabunt ego me profiteor relatum nego me impediet ei Quirites



Iniquū edictū quo minus fretus vobis vestrū ius beneficiūq; defendā. neq; preter  
Intercessionem quicq; audēā: de qua vt arbiteror vt isti ipsi qui minant̄ etiā atq;  
etiā quid liceat cōsiderabūt. mea quidē sentētia Quirites vñus Aulus Ga. belli  
maritimi rerūq; gestarū Cn. pō. ascribūt. ppterēa qd̄ alter illud bellū suscipiendū  
vestris suffragijs detulit: alter delatū susceptūq; cōfecit. Reliquū est vt de Qu.  
Catuli auctoritate et sentētia dicendū esse videat: qui cū ex vobis quereret si in  
vno Cn. pō. oīa poneretis: si quid de eo factū esset: in quo spē essetis habituri  
cepit magnū sue virtutis fructū ac dignitatis cū oēs ppe vna voce in eo ipo vos  
spē habituros esse dixistis. Et em̄ talis est vir vt nulla res tanta sit ac tam diffi-  
cillis quā ille nō et cōsilio regere et integritate tueri: et virtute cōficerē possit. Sed  
in hoc ipso ab eo vehemētissime dissentio. qd̄ quo min⁹ certa est hoīm ac minus  
diuturna vita hoc magis resp. dū p̄ deos immortales licet frui debet summi ho-  
mīns vita atq; virtute. atem̄ inquit noui nihil si. at. cōtra exempla atq; instituta  
maiorū nō dico hoc loco maiores nostros semp in pace cōsuetudini. In bello uti-  
litati paruisse semp ad nouos casus tpm nouoru cōsilioū rōnes accommodasse.  
Non dicā duo bella maxima Punicū et Hispaniense ab vno impatore esse cor-  
fecta: duas vibes potētissimas que huic impio maxime minabant̄. Carthaginē  
atq; Numantiā ab eodē Scipione esse deletas. Nō cōmemorabo nup ita vobis  
patribusq; vestris esse visum: vt in vno. C. Mario spes imperij poneretur: vt  
idem cū Jugurtha: idem cū Cimbris: idem cū Theutonis bellū administraret,  
in ipso Cn. pom. In quo noui constitui nihil rult. Qu. Catulus qz multa sine  
nova summaq; Catuli voluntate constituta recordamini. Quid tam novum qz  
adolescentulū priuatū exercitū difficulti Reip. tpe Sylle conficerē: cōfecit huic p-  
esse: etiam prefuit rem optime ductu sū gerere gessit: quid tam preter consue-  
tuinē qz homīni padolescenti: cui a senato: io gradu etas longe abesset imperij  
atq; exercitum dari? Siciliam permittit: atq; Africam: bellumq; in ea admis-  
trandū. fuit in his puincijs singulari innocentia: gravitate: virtute: bellū in  
Africa maximū cōfecit: victo:em exercitū depo:itavit. quid vero tam inauditiū qz

B 111



equitem ro. triumphare: at ea quoq; rem po. Ro. nō modo vidit: sed etiā studia  
omni visenda putavit. Quid tam inusitatū q; cū duo cōsules clarissimi fortissi-  
mīq; essent: eques Ro. ad bellū maximū formidolosissimūq; p consule mittere  
missus est. Quo quidē tpe cū esset nō nemo in senatu qui diceret nō oportere mitti  
hoīem privatū p cōsule. L. philippus dixisse dicit nō se illū p sua sentētia p cō-  
sule: sed p cōsulibus mittere. Tanta in eo Reip. benegerēde spes cōstituebatur:  
vt duorū cōsulū munus vni⁹ adolescētis virtuti cōmitteret. Quid tam singulare  
q; vt ex. S. C. legib⁹ solutus cōsul ante fieret: q; ullū aliū magistratū p leges ca-  
pere licuisset: quid tam incredibile q; vt iterū eques Ro. ex. S. C. Triumpharet.  
que in omnibus hominib⁹ noua post hominum memoriam cōstituta sunt: ea  
tam multa non sunt: q; hec que in hoc uno homine videmus. Atq; hec tot exem-  
plata ac tam noua perfecta sunt in eundē hominē a Qu. Catulo: atq; a ce-  
tero: h̄ eiusdem dignitatis amplissimorū hominū auctoritate. quare videat ne sic  
periniquū: et nō ferendū illorū auctoritatē de Cn. Pom. dignitate a vobis cōprio-  
batam semp esse. Vim ab illis de eodem homine iudicū po. q; ro. auctoritatē im-  
probari p̄sertim cū iam suo iure po. ro. in hoīe suam auctoritatē: vel cōtra oēs:  
qui dissentiunt possit defendere: ppterā q; istis reclamantib⁹ vos vñ illū ex  
omib⁹ delegistis quē bello p̄donū pponeretis: hoc si vos temere fecistis: et Reip.  
parū cōsulūstis: recte isti studia vestra suis consiliis regere conant: sin aut̄ vos  
plus tum in rep. vidiſtis: vos his repugnantib⁹ p̄ vosmetipſos dignitatē huic  
impio: salutē orbi terrarū attulistiſtis aliquā ſtati principes: et ſibi et ceteris po. ro.  
vniuersi auctorati parendū eſſe fateant: atq; in hoc bello Asiatico et regio non  
ſolum militaris illa virtus. que eſt in Cn. Pom. singularis: ſed alie quoq; virtu-  
tes animi multe ſunt: et magne requirunt. Difficile eſt in Asia Cilicia Syria re-  
gnisq; interiorum nationū: ita versari vestrū imperatorem: ut nihil aliud q; de  
hoste ac laude cogitet. Deinde etiā ſi qui ſint pudore ac temperatia moderatores  
tamen eos eſſe tales propter multitudinem hominū cupidorū nemo arbitratur.  
Difficile eſt dictu Quirites quanto in odio ſamus apud exterias nationes ppter



et quos ad eas hoc anno cum imperio misim⁹ iniurias ac libidines: quod enim fam⁹  
putatis in illis terris vestris magistratib⁹ religiosum? Quā civitatē sanctam?  
quā domū satis clausam ac munitā fuisse? Urbes iam locupletes et copiose res-  
quirunt. quibus causa belli propter diripiēdi cupiditatem inferat. Libenter hoc coram  
cū Qu. Catulo: et Qu. Hortensio disputare summis et clarissimis viris. Utō =  
verū eīn sociorū vulnera videt eīn calamitates querimoniae audiunt: p. socij  
vos cōtra hostes exercitū mittere putatis: An hostium simulatiōe cōtra socios  
atq; amicos? que civitas est in Asia que nō modo vni⁹ imperatoris aut legati: p.  
vnius tribunī militū animos ac spem capere possit quare etiā si quē habet: qui  
collatis signis exercitus regios superare posse videat. Tamē nisi erit idē qui se a  
pecunij⁹ sociorū qui ab eorū cōingib⁹ ac liberis. qui ab auro gazaq; regia man⁹  
oculos animū cohibere possit. Utō erit idoneus qui ad bellū Asiaticū regiūq; mit-  
tatur: Et quā putatis civitatē pacata fuisse que locuples sit: et quā esse locu-  
plete que istis pacata esse videat. Orā maritima. Cn. Pom. nō solum propter rei  
militaris gloriam: sed etiā propter animi cōtinentiam requisuit. Videbat. n. Po. Ro.  
nō locupletari quotannis pecunia publica p̄ter paucos. neq; eos quicq; aliud  
assequi classū nomine: nisi ut detrimētis accipiedis maiore affici turpitudine  
videremur. Utū qua cupiditate hoīes in prouincias quibus vecturis: quibus condi-  
tionibus p̄ficiunt ignorant videlicet isti: qui ad vnu⁹ deferenda esse omnia nō  
arbitrantur quasi nō. Cn. Pom. non suis virtutib⁹: sed alienis virtutis: magnū esse  
videamus. quare nolite dubitare quin huic vni⁹ credatis omnia qui inter annos  
tot vnu⁹ inuentus sit. quē socij in urbes suas cū exercitu venisse gaudeant. Quid si  
auctoritatibus hanc causam Quirites confirmandam putatis: est vobis vic-  
auctor: bello: um omnium maximarūq; retum peritissimus. p. Servilius: cuius  
tante res geste terra mariq; extiterunt ut cum de bello deliberetis auctor vobis  
grauior esse nemo debeat. Est. C. Curio summis vestris beneficij⁹ maximis  
q; rebus gestis summo ingenio et prudentia peditus. Est. Cn. Lentul. in quo  
omnes pro amplissimis vestris honoribus summum consilium summam

granitatem esse cognoscitis. Est. C. Cassus integratate: virtute: constancia singulari: quare videte ut hominum auctoritatibus illorum orationi: qui dissentient respondere posse videamur. que cum ita sint. C. Manili primū istam tuā et legē et voluntate et sententiā laudo: vehementissimeq; cōprobō. Deinde etiam hortor ut auctoīe. p. X. maneras in sententia neve cuiusq; vīm aut mīnas pertimescas primū in te satis esse animi cōstantieq; arbitro:. Deinde cum tantā multitudine cum tantā studio adesse videamus: quantā nō iterū in eodem homīne p̄ficiēdo vīdimus: quid est: qd aut de re aut de p̄ficiendi facilitate dubitemus? Ego aut̄ quicquid in me est: studij: consilij: laboris: ingentij: quicquid hōc beneficio. porro. atq; hac potestate p̄toria: quicquid auctoritate: fide: cōstantia possim: id omne ad hanc rem cōficiendam tibi et po. Ro. polliceor: ac defero. Testorq; omnes deos: et maxime eos: qui huic loco temploq; president: q; omniū metes eorum qui ad Remp. adeunt maxime p̄spiciunt me hoc neq; rogatu facere cuiusq; neq; quo. Cn. Pom. gratiā mihi p̄ hanc causam cōclari putem: neq; quo mihi ex cuiusq; amplitudine aut p̄sidia periculis: aut adiumenta honorib⁹ querā: ppterēa q; pericula facile: vt hominē prestare oportet innocentia recti pellemus honorem autē neq; ab uno neq; ab hoc loco: sed eadē nostra illa laboriosissima ratione vite si vestra voluntas feret consequemur. Quamobrem quicquid in hac causa mihi susceptum est querites: id omne causa Reip. suscepisse confirmo. Tantūq; abest: vt aliq; bonam gratiā mihi quesisse videar: vt multas etiam similitates partim obscuras partim apertas intelligatis mihi non necessariae vobis non inutiles suscepisse: sed ego me hoc honore preditū tantis vestris bēneſijs affectum statui quirites vestram voluntate et Reip. dignitatē et salutē p̄viciarū atq; sociorū meis omnib⁹ cōmodis et rationib⁹ preferri oportere.

Finis.

¶ Impressum Lipsicē per Wolfgangū Monacē. 1513


: constantia fin.  
qui dissidentur  
tam tuā et legi  
etiam horor  
pertimescas  
multitudine  
nīne p̄ficiōdo  
s? Ego ait  
beneficio.  
ia possum:  
o. Testioq;  
mū mētes  
re cūis q̄;  
quo mīhi  
b̄ querā:  
pellamus  
iosissimā  
id in hac  
confirmo.  
as etiam  
cessātias  
ffris bēnes  
salutē p:  
poterū

Wolgang

Johannes Hermannsfridus de Gaudessum



InK B 162





# M. Tullij Ciceronis oratio pro Cn. Pompeio

Magno in duobus cause generibus constituta deliberatio scilicet et de-  
nibusq; partibus orationis Rhetorice constans. In qua  
titur. P. R. seu Quiritibus. Primum ut suscipiat bellum  
tem et Liguram reges. Secundum ut Cn. Pompeius illi  
mpio perficiat contra sententiā. Q. Latili et. Q. Hortensij.

## Dieas Epistates Delitschensis Ad Lectorem.

ipeij laudes hic clausit Tullius acer  
loria romulidum bella gerenda iubet  
oculis subiectantur que gutture dulci  
partigenis primum suaserat arte potens  
ducis armigeri cetus hic munera desunt  
ompeij floret candida fama quibus.

